


62
197.



h. ii, 4f. *1690.*

BIS NOBILE
PIETATE & DOCTRINA
CONSPICUUM SIDUS
REVERENDISSIMUS, SERENISSIMUS,
REGIUSQUE PRINCEPS, AC DOMINUS
D. CLEMENS
WENCESLAUS,
S. R. I. PRINCEPS,
D. G. EPISCOPUS
FRISINGENSIS & RATISBONENSIS,
PRINCEPS REGIUS
POLONIÆ & LITHUANIÆ,
SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ, MONTIUM, ANGRIÆ,
&
WESTPHALIÆ DUX,
LANDGRAVIUS THURINGIÆ,
MISNIÆ, & SUPERIORIS LUSATIÆ MARCHIO,
BURGGRAVIUS MAGDEBURGENSIS,
COMES PRINCEPS HENNEBERGENSIS,
COMES MARCÆ, RAVENSPERGÆ, BARBY & HANNONIÆ,
DOMINUS IN RAVENSTEIN &c. &c. &c.
CUJUS IN HONOREM
HOC ENCOMIALE
MENSE MAJO MDCLXIV.
DECANTAT
MAXIMI PRINCIPIS
INDIGNISSIMUS SUBDITUS JOANNES MICHAEL ENGLERTH,
Aulicus & Episcopalis Typographus.

RATISBONÆ, TYPIS & MUSIS IISDEM.



THEATRUM MUSORUM
THEATRUM DOCTRINÆ
CONSCIENTIA AD
REVERENDISSIMIS SERVENSIMIS
REGIMENTIS HINCERIS AC DOMINIS
DOLMENIS
WINGESTLAUS.
S. R. L. PRINCIPES.
D. G. EPISCOPUS
PRINCIPES & RATIONES
POLONIA & LITHUANIA
SAXONIÆ CIVITATIBUS TERRIBUS
WESTPHALIAE DUX
LANDGRAVIAE THURINGIAE
MEINICÆ ET SUTETABORIS LUSATIA MARCIA
HESIODIAE TURCEGOCENSIS
COMES TIRONE HUNNENGERMANSIS
COMES MAGNE ROMAENSIS MARIA HESKENS
CARTA DE CIVITATIBUS TERRIBUS

CARTA IN HONOREM

THEATRUM MUSORUM
THEATRUM DOCTRINÆ
CONSCIENTIA AD
REVERENDISSIMIS SERVENSIMIS
REGIMENTIS HINCERIS AC DOMINIS
DOLMENIS
WINGESTLAUS.
S. R. L. PRINCIPES.
D. G. EPISCOPUS
PRINCIPES & RATIONES
POLONIA & LITHUANIA
SAXONIÆ CIVITATIBUS TERRIBUS
WESTPHALIAE DUX
LANDGRAVIAE THURINGIAE
MEINICÆ ET SUTETABORIS LUSATIA MARCIA
HESIODIAE TURCEGOCENSIS
COMES TIRONE HUNNENGERMANSIS
COMES MAGNE ROMAENSIS MARIA HESKENS
CARTA DE CIVITATIBUS TERRIBUS

CARTA IN HONOREM

CLEMENS
SIBI, NOBIS, AC DEO
VIVAT.



F Undere Romani Statuis sua vota solebant
Marmore conflatis, fulvoque ex ære coruscois,
Erexere fuis grati Majoribus aras,
Suppositisque focis sacra pietate flagrabant,
Qua ratione piis pensatum Patribus irent:
Nec non unanimes se sacrificare parati
Principibus Patriæ. Verum sub Principe Numma
Supremo pietas residere in culmine visa est.
Musæ mihi causas memora, cur Principis hujus
In grege Romano tam subdita pectora? curque
Tantus amor populi? Triplex mihi causa petenda est:
Stemmata Magnus erat, Magnus pietate, labore
Magnus, & hinc dignus, quem Regem Roma legebant.
SAXONICAM si spectro Domum, CELSISSIME PRINCEPS!
Solem hunc si spectro, Cujus TU NOBILE SIDUS,
Stemmata Magnus eris, Magnus pietate, labore
Magnus, & hinc dignus, quem pro Pastore legebant
Ratisbona sibi felix, Frisingaque felix.

Nunc

Nunc ego five TUAM PRÆSUL DIGNISSIME! fortē,
Sive Dioceſis gemine confidero, verum est:
CLEMENTI Mitram Superum Clementia misit
Clementem nobis eadem Clementia; namque
Sidēa ut in coelis, in terris SIDUS amabat
Supremum Numen. Sed quid renovare dolorem
Audeo? quæve cygnis audax cantare facultas?
Non renovo, sed leta cano; licet anxius ausim
Dicere: Saxonici cecidit Sol Binus Olympi.
Non cecidit; duplo lucet splendore coruscans:
Lucet uterque suo coelis, & uterque relucet
PRINCIPÉ IN AUGUSTO prognato Lumine terris.
Non fecus a Phoenix secundo vivus ab igne
Nascitur, in natis ales sine fine superest.
Si modo de Phoenixe Satum contemplor, inermi
Non laudanda satiſ cerebro ſe ſiftit imago.
Qualis ubi in medio pleno ſe fidere Phœbus
Ingerit, immenſis perſtingens lumina flammis:
Sive coruſcanti facie venit obvius Heros,
Attonitos oculos, mentes ſimul, oraques ſiftens.

CAſtalias igitur fas eſt affundere lymphas,
Ut dignas TANTO decantem **PRINCIPÉ** Laudes.
Ecce ſed ingeminat, reprehendit, voceque clamat
Stentore momus: Quid tentas? parce labori;
Nam tuus hic calamus TANTIS VIRTUTIBUS impar
Laudandis, nunquam poterit comprehendere vires
CLEMENTINI ANIMI. Vasto velut æquore cymba
Mergeris tenuis. Tibi confule, parce labori.
Verum ſancta mihi pietas contraria ſuadet,
Cujus ego mox jufſa ſequor. Thalia faveto.
Sed quid Muſa juvet? fruſtra hic imploro favorem
Thalize, fruſtraque mihi bone Phœbe minifbras;
Cui cano, te PRÆSES MAJOR, te DOCTIOR, ILLE,
Copia non Laudum hinc, ſed vult mihi deeffe coronis.

Dux



DUX erat elekti populi summusque sacerdos
Moses, Vir Magnus, cuius Sapientia Nomen
Æternum genuit, qua credita pascua rexit.
Constituit Dominus CLEMENTEM, ut ovile gubernet
Binum; sed quantum gignit Sapientia Nomen
PASTORI! pete Frisingam servantia recti
Archiva inspicio, sacra jura & candida cerne
Proficie illustrata ocyus. Sapientia nempe
Elekti Mosis doctos intendere fines
Noverat, & centum lucris centum addere lucra.
Scilicet ut Domini vigilans industria opimis
Ex granis segetem duplo cum foenore profert
Majorem, ante licet messis non parva stetisset;
Sic Augusta manus fructus cum fructibus auget.
Nec mirum est, aquilæ discunt a Patre volatum,
Fulgentemque tenere immoto lumine solem.

Provida si quondam vixit Sapientia Regis,
Est PATRIS illa TUI, PRINCEPS CELSISSE CLEMENS!
Est & AVI illa TUI; Taceam fors Nomina tanta?
Non sinit hoc pietas. Non possum. Vita recondi
Rara nequit; PATRUM fas est intexere laudes.
Sed quid ago? Oceanum sub parvam mittere scrobem
Audeo, & incassum terrestria Numina tollo?
Ipsamet ut testis loquitur, relevatque canentem
SAXONIA, & coluisse novos gefit Salomones.
Moeret & exultat: MAGNORUM cura PARENTUM
Quod dormit, moeret; nunquam dormisse triumphat:
Prospera vel fortuna fuit, vel Iubrica, eodem
Miraturque pede haud fractos durasse colosso
SAXONIA hæc: ac ornari contenta dolore est.

Ast ego non tragicas scenas, non spissa dolorum
Agmina propono: sed WENCESLAE Decorem
Prodigiosum aveo depingere, quo TUA mens est
Exornata magis, quam fari carmina possint.

X

Illa



Illa TUA est PIETAS, qua jamjam Hominesque DEUMque
Flectis, & ut PAULUS ccelos penetrasse videris.
Hanc modo Phœbe canas, fundat tua fistula carmen
HEROA dignum TANTO: neq; Laudis in ILLO
Immense flumen deerit, nec copia fandi.

Abramum postquam DOMINUS mactare jubebat
Ungenitum, atque is promptus erat perfolvere iussa,
En! Sanctos intercepit Patriarcha vocari;
Tum quod mox a voce DEI nutuque pependit:
Tum quia nec carni propriæ ex pietate pepercit.
TE mihi, grande Jubar, Decus Omnipotens Olympi!
Si sisto, Abramos iterumque iterumque præire
TE video, ac similes post intervalla relictos.
Mens etenim TIBI gnara fatis, quod fortior ille,
Qui se se vincit, quam qui fortissima vincit
Mænia; parca igitur fecli TIBI Mens fuit illa.
Regia, quod primum est, TIBI stamina fata dedissent,
Si voluisse TUUM fati voluisse fuisset.
Splenderes folio; verum splendore perenni
Nobilitas folium, dum Cœlo Insignia defers
Mystica, Nobilior sancta Pietate futurus.
Haud aliter sensisse DEUM, mens intima dicitat:
CLEMENTEM VOLUIT SUPERUM CLEMENTIA DIVUM.
Scilicet Omnipotens pridem Polus ipse videbat,
Cœlestem in manibus mansuram firmiter Arcam
AUGUSTI OBEDEDOM: vidit simul adfore tempus,
Quo Frisinga suam, quo Ratisbona Salutem,
Utraque fausta suam, vivo sub marmore scribant.
Vatis ab augurio certi altera plura prophetat,
Altera defixis oculis sed plurima cernit.
Cernit, ut integritas in pectoris arce gubernet;
Cernit, ut in vultu Divina Modestia regnet;
Cernit, ut in Superos Pietas flammescat, ut ingens
Fervescat Zelus: paucis, in TE omnia Summa
Et collecta videt, quæ alias dispersa videntur.

Quis

Quis dubitet, me vera loqui, me vera fateri?
AUGUSTO veniunt crebro præfagia VULTU?
Ridet Amabilitas sacri veneranda pudoris,
Quæque TUAM mire distingunt fidera frontem,
Solis ut Astra micant, & lucem solis adaugent.
Atque scopum ut tangam, es TOTUS CLEMENTIA CLEMENS.
Ambrosio turges Doctrinæ nectare, nectar
Est TIBI, quod Pietas; TU sufficis omnibus Unus.
Angelus in carne, & pius in mente Angelus audis,
Hinc repto: toti TU CLEMENTISSIMUS orbi
PASTOR es, & PRINCEPS. Faustissima pascua fane!
Felix, ter felix resonet geminum illud Ovile,
Grex ubi foecundus nutritur sub DUCE TANTO!
Unica namque TIBI PRINCEPS CELSISSIME! Cura est,
Conscia ut est TIBI mens, recti quoque conscientia mens sit
Omnibus, ut digni TANTO TE PRÆSULE fiant.
Non magis Imperio, propriis sic instruis omnes
Moribus, irradias exemplis, soleque splendesit orbis circumstans.
Lucidior, gratae adscribant cui lumina stellæ.
Adscribunt etiam; Frisingæ moenia testor,
Atque ingens Templum gemmis auroque coruscum,
Quantis TE PRINCEPS! verbis ad fidera tollunt.
Ipsa Monacensis parili jam forte beata
Urbs seſe inclinat, TIBI devotissima semper,
Cui miram affundis lucem pietatis ab igne,
Quo cœli in Dominam, velut Augustinus amore
Non mensurando in Triadem, consumier optas.
PRÆFFECTI teneo MARIANI a munere testem.

Eja ergo exulta, vultumque animumque serena
Bina Dicecisis, lætare, applaude, triumpha,
PASTOREMQUE TUUM genialis JO RESONATO.
Ante alios, pie Clere TUUM venerare BENIGNUM
PRÆSULEM, in amplexus rue, subdita pectora funde;
Hujus ad Exemplar Candor, Dilectio, Zelus,
Doctrinæ Studium in te, Disciplinaque regnet:
Sic PATRIS Effigies vera es, genuinaque Proles.

) (2

Verum



Verum cur alios jubeo, sua debita solvant?
Ipse ego sincero, PRINCEPS O MAXIME! corde TUA
Vivere Neforeos TE dicam vivere in annos:
Annorum sibi ni numerum pia Numina servent;
Attamen ista dabunt, si munus munere pensant,
Ut pensant, multos & quosvis ferre labores.
Sed ne sola TIBI sit Vite Gloria, Vita
Rideat incolumis, suavis, sine nube quieta,
Exoptata TIBI, Clero utilis, omnibus alma,
Vitaque coelestis, sic paucis omnia dixi.
Si demum Insignes terrae donaveris annos
(Quos satis haud poteris, nisi seculi fine carerent)
Insignes Coelo dona BIS NOBILE SIDUS.
Forte minora TUIS Meritis Praeconia scripsi?
Scripsi, non nego, sed solo sum errore beatus:
Regia enim facile absolvit CLEMENTIA fontes.
Cum TUA missa TIBI de Coelo Dona Poetam
Enervant, ideo stet pro ratione voluntas.
Hæc est VOX POPULI TE SOLUM ardenter amantis,
Vox ergo ipsa DEI. Satis est mihi. Finio: CLEMENS
ROMANÆ CERTE ÆTERNUM FIDEI INCREMENTUM.

VIVE DIU CLEMENS
IVive diu clemens
ViVivediu clemens
EviviVivediu clemens
DeviVivediu clemens
Id eviVivediu clemens
Ui deviVivediu clemens
Cui deviVivediu clemens
Lcui deviVivediu clemens
Meli cui deviVivediu clemens
Nemel cui deviVivediu clemens
SNEMELCUIIDEVIV

*Si incipitur lectio a littera V majore per medium hujus tabule posita,
quaqua versum occurrit hec verba:*

VIVE DIU CLEMENS.

V

Kd 197 M



nc



h. ii, 48. 1/670

BIS NOBILE
PIETATE & DOCTRINA
CONSPICUUM SIDUS
REVERENDISSIMUS, SERENISSIMUS,
REGIUSQUE PRINCEPS, AC DOMINUS

D. CLEMENS
WENCESLAUS,

S. R. I. PRINCEPS,
G. EPISCOPUS
GENSIS & RATISBONENSIS,
PRINCEPS REGIUS
POLONIAE & LITHUANIAE,
JULIACI, CLIVIAE, MONTIUM, ANGRIAE,
&
WESTPHALIAE DUX,

UNDGRAVIUS THURINGIAE,
& SUPERIORIS LUSATIAE MARCHIO,
GRAVIUS MAGDEBURGENSIS,
PRINCEPS HENNEBERGENSIS,
RCAE, RAVENSPERGAE, BARBY & HANNONIAE,
DOMINUS IN RAVENSTEIN &c. &c. &c.

JUS IN HONOREM
HOC ENCOMIALE
ENSE MAJO MDCCCLXIV.
DECANTAT

XIMI PRINCIPIS

NISSIMUS SUBDITUS JOANNES MICHAEL ENGLERTH,
Aulicus & Episcopalis Typographus.

RATISBONAE, TYPIS & MUSIS IISDEM.

